Terrestri bello Conventioneque ac aliis quibusvis iuris remediis et defensis non subterfugiendo nec modo alio quovis evadendo. Hac sua praesenti personali recognitione ad praemissa omnia mediante. 1127

Actum in Castro Premysliensi feria Quinta post Dominicam Cantate proxima Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Quinquagesimo Quinto 29/IV

Krasicki Uszynskiemu Donat et Cedit Ex (?)

Comparens personaliter Coram Officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitaneal. Premysliensibus Generosus Martinus de Siecin in Krasiczyn Krasicki Pocillator Terrae Premysliensis Sanus mente et corpore existens A Terrae Districtus iuribus iurisdictioni civili quibusvis propriis et competentibus recedens praesenti vero Castrensi Capitan. Premysliensi iurisdictioni quo ad actum praesentem attinet Secum Successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando et subiacendo palam libere publice ac per expressum recognovit Quia ipse bona sua propria et haereditaria infrascripta nempe totas et integras Villas Tres videlicet Tarnawce Korytniki et Wola Krzywiecka cum fundis et praediis ibidem sitis in Terra et Districtu praesenti Premysliensi consistentes cum omni earundem iure dominio proprietate haereditate titulo haereditario Tum Agris Pratis Campis pascuis Syl- vis Borris gaiis nemoribus indaginibus rubetis desertis mericis fluviis fluminibus rivis rivulis littoribus torrentibus aquarum decursibus Stagnis Magnis et Parvis piscinis piscinulis Theloneis aggeralibus et Pon- talibus Apiariis Apum mellificiis Necnon Structuris et aedificiis qui- busvis Horreis hollodiis granariis molendinis Tabernis Necnon Subdi- tis Cmethonibus Hortulanis Inquilinis eorumque laboribus Censibus da- tionibus vecturis muniis officiis et obsequiis quibusvis attinentiis et pertinentiis generaliter universis Nihil ex Omnibus iuris dominii pro- prietatis haereditatis ac iurisvis competentibus (?) quovis proso (?) Reco- gnoscente Suis Successoribus aut quoquam alio reservando et excipiendo Sed omnibus in genere et singulis in specie Comprehensis genere per Speciem et e contra in nullo derogando verum ita late longe Circum- ferentialiterque prout praefatorum bonorum haereditas se in suis Metis et

Pertinentiis utriusque extendit et protenditur et prout eadem bona praemissa

1120 Recognoscens tenuit habuit et possidebat ipsumque concernebat ac eidem

serviebant, jam ex nunc et de facto Nobili Joanni Wzynski et illius Suc-

cessoribus dedit donavit inscripsit et resignavit prout praesentibus dat donat

actuque puro mero ac irrevocabili donatione inscribit et resignat per-

petuo et in aevum irrevocabiliterque Necnon de Iuribus et Inscriptionibus

quibusvis Privilegiis Literis graniciarum Contractibus Interessis ra-

tione eorundem bonorum Conscriptis bonaque ea afficientibus eidem sup-

rascripto Donatario suo et illius Successoribus cessit et condescendit prout

cedit et condescendit praesentibus Omneque et integrum ius suum sibi ad ipsa

servientis in personam eiusdem Donatarij sui et illius posterorum tota-

liter et plenarie transtulit transfudit et incorporavit prout transfert

transfundit et incorporat praesentibus in quae quidem bona donata prae-

missaque Omnia praesentibus per se Recognoscentem resignata idem Recognoscens

Generosus Krasicki praefato Nobili Wzynski Donatario suo et illius po-

steris jam ex nunc et de facto Coram officio praesenti dat et admittit rea-

lem Intromissionem et actualem pacificamque possessionem per Ministerialem quemcunque

Competentem et Nobiles duos dicendos quacunque voluerit cum effectu acceptandam

Per ipsum Nobilem Wzynski Donatarium suum et illius Successores

ad eadem bona praemissaque omnia praesentibus donata cum iuribus ceterisque uti-

litatibus et usufructibus tenendi habendi et possidendi illisque quiete et pa-

cifice utendi ad usus suos et suorum Successorum quosvis beneplaci-

tos libere et effectualiter convertendi modo actu haereditario

Debetque et tenebitur memoratus Recognoscens Generosus Krasicki

prout se ac suos Successores in et super bonis suis generaliter omnibus

ac summis quibusvis pecuniariis habitis et habendis suprafato Do-

natario suo et illius posteris inscribit et obligat praesentibus ipsum et

eius Successores in bonis praedictis praemissis omnibus per praesentes resi-

gnatis et ratione eorundem quavis ab omni et qualibet impetitione

evictione quarumcunque Personarum Cuiuscunque Conditionis Status

et sexus Circumstantiis existentibus eorumque per omnes Praetensiones

Terrae prout ad quamlibet Personam Terrestribus spectat et pertinet

per [illegible] scriptis in omni Iudicio et Officio Regni semper et ubique

quibus

quotiescunque opus fuerit tueri defendere evincere intercedere et liberare in-
demnemque cum poenis reddere Necnon haec eadem bona praemissaque omnia 1129
praesentibus resignata ab omnibus in genere Iuribus et Inscriptionibus prio-
ribus et posterioribus super eadem bona praesentibus donata cuipiam perso-
narum modo quovis factis et faciendis Tum etiam a quibusvis Citationibus
super praefata bona resignata importatis et importandis Iuribus denique
et Decretis Processibus iuribus quibusvis in quocunque puncto et gra-
du iuris dependentibus in quovis Iudicio et Officio Regni obtentis et
obtinendis ac super praemissis omnibus praesentibus resignatis perductis
et perducendis evindicare et eliberare mundaque et libera semper fa-
cere ac etiam Intromissionem praefatam coram Officio praesenti admissam in fun-
do bonorum praefatorum eundum per Ministerialem et Nobiles duos offerre requi-
reretur non denegare imo debebit et tenebitur eandem libere dare et ef-
fectualiter admittere dataque et admissa eadem possessionem et usumfructum
praemissorum omnium quovis modo tam per se quam per suas quas-
vis submissas et subordinatas personas non impedire nec adimere
ipsumque Donatarium suum et ipsius Successores ex praemissis omnibus prae-
sentibus donatis nullo modo inquietare ita ut eadem bona praemissaque
omnia praesentibus resignata idem Donatarius suus cum suis po-
steris quiete et pacifice praesentis Inscriptionis donationis vigore tenere
habere et possidere queat et possit perpetuis et aeternis temporibus
idque sub Damnis Iuribus simpliciter absque Corporali Iuramento fa-
ciendis et edicendis per eundem Recognitionem Generosum Krasicki sive
eius Successores praefato Nobili Usinski Donatario suo et illius
posteris ob non completionem praemissorum omnium et singulorum tam
in toto quam in parte totiesque quoties opus fuerit ad solvendum succum-
bendis Pro quibus quidem Damnis suis simpliciter absque Cor-
porali Iuramento taxandis modo praemisso ad solvendum succumbendis
ac re aliqua principali ex praemissis non completa complenda fa-
cultates exinde memoratus Recognitionis Generosus Matthias Krasicki
Localiter Premisliensis sive eius Successores ad instantiam supra-
scripti Nobilis Ioannis Usinski Donatarii sui eiusque prog-

personarum ad Officium praesentis Castren. Capitale Premislien. [illegible]

1130 actu suprascripto quo ad inducem spectat mediante semper in primo cita
tionis termino tanquam peremptorio stare comparere videre damna
sua praefata luere in summam praesenti satisfacere ac omne radicatum pote
debebit extenebit seque ac suos successores ad eadem omnia inscribit et ob
ligat praesentibus illum terminum primum peremptorium et alios de se
cunda consequentes Causae eius terminos semper peremptorios de-
ra infirmitate maiori minorennitate successorum legatione intra
vel extra Regnum [illegible] militari ad Munimenta ad [illegible]
vel aliis quibuscunque dilationibus et legalibus impedimentis non differe
ad quaestiones [illegible] primos Officii praefati Castren. Premislien.
terminos dilationem sibi non recipiendo Nullitates Motiones Appel
lationes ac earum prosecutiones faciendo ac praemissa omnia poenis
simplicibus vel [illegible] suspensionem fatalis iuris praesen
prime [illegible] bello convectionem ac aliis quibuscunque iuris remediis
et defensis non subterfugiendo nec modo alio quovis evadendo
Adest ea praesenti personali Recognitione ad praemissa eius Mediante

Idem Eidem Wszynskiemu Cedit

Comparens personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castren. Capi-
tanealibus Premislien. Generosus Martinus de Siecin in Kraszczyn
Krasicki Possessor Terrae Premislien. sanus mente et corpore exis-
tens [illegible] iuribus [illegible] sub quibuscunque propriis et com-
petentibus recedendo [illegible] vero Castren. Capitan. Premysliensi
Iurisdictioni quo ad actum praesentem attinet se cum successoribus ac bonis
suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando et subiicien
palam libere publice ac per expressum recognovit. Quia ipse omne
et integro iure suo in facto [illegible] de summa certa inter se
cognoscentem ab una et Generosum Martinum Slatkowski ratione
certarum rerum et conditionum in eas Inter [illegible] contentarum de acto
et data illius in Dubiecko die Decima Septima Octobris Anno
Domini Millesimo Sexcentesimo Quadragesimo Secundo confecta ma-
nibus sua Recognoscentis et praefati Generosi Slatkowski subscriptas

et